Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

tes (?) estote videbitis auxilium domini super vos. Iudea et ierusalem nolite timere
Cras egrediemini et dominus erit vobiscum. ℣. Vos qui in pulvere
estis expergiscimini et laudate. Ecce dominus veniet cum salute. Cras.
O magne ammirationis gratia. menar Lectio tercia.
Mirabilis suavitatis gloria. O ineffabile magnumque sacra
mentum. Ipsa eadem virgo ipsa et mater domini. Ipsa genitrix
ipsa eius ancilla. plasmatio eius. ipsa que genuit. Quis
umquam audivit ista. Quis vidit talia. Quis hec
excogitare potuit ut mater esset virgo intacta. que et vir
go permansit et genuit. ℟. Sanctificamini filii israel dicit dominus in
die crastina descendet dominus. Et auferet a vobis omnem languorem. ℣.
Iudea et ierusalem nolite timere cras egrediemini et dominus erit vobiscum
Et auferet. Si dominica fuit hic erit quarta lectio.
Sicut quondam rubus combustus videbatur et ignis eum non
tangebat. et sic tres pueri in camino inclusi non lede
bantur incendio. nec odor fumi erat in eis et quomodo Danie
li intra lacum leonum incluso claustris non apertis allatum
est ei prandium ab Abacuc. ita et hec sancta virgo genuit dominum.
sed intacta permansit. ℟. Nascetur nobis parvulus et vocabitur
deus fortis ipse sedebit super thronum David patris sui et imperabit. Cuius potes
tas super humerum eius. ℣. Multiplicabitur eius imperium et pa
cis non erit finis. Cuius po. Secundum matheum.
In illo t. Cum esset desponsata mater ihesu maria ioseph
antequam convenirent inventa est in utero habens de spiritu
sancto. Joseph autem vir eius cum esset iustus et nollet eam tra
ducere voluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogi
tante ecce angelus domini in sompnis apparuit ei dicens. Io
seph fili david noli timere accipere mariam coniugem tuam.
Quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. Pariet autem